



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

3. De forma huius Sacramenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

id locum habet in rebus distinctis v. c. consecratione Eucharistiæ, & chrisimatis.

NB. Certa forma consecrationis chrisimatis à Christo non est præscripta, sed solum ut per inuocationem spiritus sancti consecraretur, verbis ab Ecclesia ordinatis.

- 4 Materia proxima huius sacramenti est unctio chrisimatis in fronte, facta manu Episcopi in crucis formam, quæ omnia ad essentiam spectant, colligitur tum ex traditione, tum ex forma, quæ Ecclesia vtitur in sacramenti huius administratione.
- 5 Credibilis est Apostolos semper confirmasse baptizatos per chrisimatis unctioem, & hanc ipsam vocari manuum impositionem.

C A P. III.

De forma huius Sacramenti.

- 1 **F**orma huius sacramenti est: signo te signo crucis, & confirmo te chrisimate salutis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, constat ex traditione Ecclesiæ. Tria enim ait S. Thomas sunt necessaria in hoc sacramento, quæ propter formam signari debent. I. Causa principalis efficiens plenitudinem roboris spiritualis, quæ est sancta Trinitas, quæ exprimi debet, sicut in baptismo ad credendam fidem, ita in confirmatione ad profitendam. II. Finis seu effectus gratiæ, quæ his verbis exprimitur. Confirmo te chrisimate salutis. III. Signum spirituale siue character, qui Christiano militi imprimitur sicut à corporali pugna milites Ducis sui insignibus ornari solent, atque his verbis indicatur, signo te signo crucis.
- 2 Probabile est, valiturum sacramentum, si ita con-

conferatur. Signo te chrismate salutis in nomine
 Patris, & Filii, & Spiritus sancti, vel ita: Confirmo
 te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Nam
 in prior forma verborum Signo per adiunctam mi-
 nistri actionem satis determinari videtur ad signifi-
 candum signaculum crucis. Et in posteriori forma
 verborum Confirmo, adiuncta actione ministri
 frontem signantis determinari videtur ad signifi-
 candam confirmationem, quæ fit per vñctionem
 formatam signo crucis.

Antiqui propter formas sacramentorum infide-
 libus prodi cauebant, vnde mirum non est, quod
 apud Patres tùm huius, tùm aliorum sacramento-
 rum formas expresse non legamus.

C A P. I V.

De effectibus huius sacramenti.

Effectus huius sacramenti est augmentum gra-
 tiæ sanctificantis insuper actualis gratiæ auxili-
 um ac robur tempore opportuno conferendum, ad
 fidem Christi constanter profitendam.

Conuenit, vt adulti ante confirmationis susce-
 ptionem sacramentum sacramentaliter confitean-
 tur. Licet enim nullum præceptum extet, ideo-
 que contritio sufficiat; tamen tutius est confiteri.
 Nam cum hoc sacramentum gratiæ augmentum
 conferat, necessarium est, vt suscipiens iam ante in
 gratia Dei constitutus sit, siue spiritualiter viuat; si-
 quidem augmentum supponit vitam. Vnde con-
 sulcius est te in gratiam Dei constituere per sacra-
 menti confessionem.

Manus impositio confirmatoria & ordinatoria
 respecinon possunt: aliæ verò manuum impositio-